



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

LXXI. Markgraf Johann verkauft dem Stephans - Altare in der Marienkirche
zu Salzwedel das Eigenthum von einigen Hufen, am 13. Juli 1315.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

quod burgenfibus noue ciuitatis a feſto paſche proximo venturo per quatuor annos immediate ſequentes plenam dedimus libertatem, Ita quod omni anno quadraginta marcas brandenb. argenti ad murum ponent proprie ciuitatis. Nos quoque iplis ſecundum ipſorum indigenciam et noſtram gratiam annis ſingulis ſubſidium faciemus. Domum etiam, in qua continentur macella, liberam eiſdem dedimus ex gracia ſpeciali. Cum iſto ſunt omnia inter ipſos amicabiliter expedita et in alijs ſine dolo ſeruabitur, ſicut ante vnionem ſeruabatur. Huius facti teſtes ſunt heinricus comes de Luchov, buſſo gruwelhut, Cerſtanus de ghere et alii fidedigni. Actum et datum ſub noſtris ſigillis in noſtra preſentia Anno domini M^o CCC^o quintodecimo, In die beate margarete, in Saltwedel.

Nach dem Original im Stadtarchiv zu Saltwedel Fach 7. No. 22.

LXXI. Markgraf Johann verkauft dem Stephans-Altare in der Marienkirche zu Saltwedel das Eigenthum von einigen Hufen, am 13. Juli 1315.

In nomine Domini Amen. Lapsus temporis actiones abſorberet humanas, ſi non ſcripturarum teſtimonium perhennaret eaſdem. Hinc eſt, quod nos Johannes, Dei gratia Brandenburgſis et Luſacie Marchio, recognoſcimus publice in his ſcriptis, quod provido viro, Domino Johanni, dicto de Gorcek, preſbytero, ſeniori, vendidimus et in his ſcriptis vendimus debite pro XXI marcis argenti Brandenburgſis proprietatem unius chori ſiti in villa Buk, in villa Lathecothe unius chori et dimidii et in Lughe viginti modiorum ſiliginis, cum omni libertate, quos choros et proprietatem eorundem dictus ſacerdos appoſuit altari Beati Stephani, ſito in Eccleſia Beate Marie in Saltwedel, perpetuo ad ipſum altare cum omni libertate et ſine ſervitio et abſque precaria pheodali ſimpliciter permanendos. Per quam appoſitionem patronis dicti altaris in ſua preſentatione nolumus prejudicium aliquod generari. Et ne huic noſtro et dicti ſacerdotis facto ſalubri quisquam valeat derogare, noſtro ſigillo muniri iuſſimus preſens ſcriptum in ſeculorum ſecula valiturum. Teſtes, qui ad hoc vocati ſunt, Illuſtris Domina Anna, Duciffa Wratiſzlauienſis, noſtra genitrix kariffima, nobilis vir Dominus Henricus, Comes de Luchowe, Buſſo Gruwelhut, Johannes, plebanus de Gorlitz, cum alijs pluribus fide dignis. Actum et Datum Saltwedele, Anno Domini Milleſimo CCC. quinto decimo, die beate Margarete virginis.

Nach dem Original im Saltwed. Archive XXV, 6.

LXXII. Markgraf Johann geſtattet der Stadt Saltwedel den Ankauf von 60 Hufen und befreiet dieſe von Dienſt und Bede, am 25. Juli 1315.

Noverint univerſi, ad quorum notitiam pervenerit preſens ſcriptum, quod nos Johannes, Dei gratia Brandenburgſis et Luſacie Marchio, ad ſincerioris amicitie unitatem inter prudentes viros cives noſtre utriusque civitatis Soltwedel ſolicitandam, ipſos cives ejuſmodi noſtri